



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

In Alam Reverendissimi Et Illvstrissimi Ioannis Christophori Episcopi
Eystetensis, Gentilitiis insignibus inscriptam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)



IN ALAM
REVERENDISSIMI
ET ILLVSTRISSIMI
IOANNIS CHRISTOPHORI

Episcopi Eystetensis, Gentilitiis in-
signibus inscriptam.



*Quando Genethliaca perpendo
insignia stirpis,
Et circum positos nobilita-
tis Avos:*

*Sanguinis, & niuis, & calisi specto colorem,
Omnia dant Domino symbola certa suo.*

*ALAtamen galea diffusa in vertice pennis,
Nescio quid rarū, magnificumq; notat.*

*ALATOS non sola Deos Phœnicia fecit;
Ne quis tardigrados crederet esse Deos.*

*Gesta uere suo Garamantes vertice pennas,
Cecropiisq; fuit nexa cicada comis:*

*Nobilium à vulgo quò se discerneret ordo,
Indicium antiqui stemmatis ALA fuit.*

* 2


Quid

Quid Gentilitiis insculpta insignibus ALA
Vult sibi? Dadaleum fortè retexet iter?
PRAESVLIS ingenium mihi significare vi-
detur,

Quod non depresso pondere serpit humi:
Sed mens aethereas crebrò circumuolat oras;
Nectamen ad radios ALA soluta fluit.
Quin etiam Eystadium ad caelos ANTISTI-
TIS ALA

Subuehit, atq̃ humiles dedocet ire vias.
Jam ne Phœbeus deplumet Pegasus alas;
Huius penna ALAE charior una foret.
Quis nō in tali recreetur Principe, sub quo
Suauiter alata sentit egenus opem?
PRAESVLIS in pennis formidet nemo rui-
nam:

Nunquam, VIRTVTIS quem gerit
ALA, cadit.



REVE.